Fragmentarium

a i

Hora est iam nos De adventu domini
de sompno surgere Ap(osto)lus Salomon
dicit filii mi audite disciplinam et
estote sapientes et nolite abicere eam Qui
pater habet filios de quorum profectu curam habet
plus eis pedagogum ponere qui eos sapientiam
doceat per quam ad honorem perveniant Sic
deus videns nos circa ad imaginem utiliter
dedit nobis pedagogum id est predicatorem qui nos
instruit voluntatem domini sed ut hec digne
valeam exprimere orate deum
Sciendum est quod ad rex aliquis venturus
est ad aliquam civitatem diu ante nuncii
premittuntur eius adventum nunciantes ut
ad eum suscipiendum omnes se bene preparent
ac disponant Rex magnus est Christus qui
cunctos regit quos creavit qui isto tempore
venturus in carnem secundum quod agitur festum
eius. et ideo debemus nos preparare et ipsum
reverenter suscipere. ideo sancta ecclesia premittit
duos nuncios in missa hodierna scilicet paulum et matheum Paulus dicit hora est
iam nos de sompno surgere In quibus verbis duo
notantur primo quod a peccatis excitemur
Secundo quod peccata deponamus. Primum ibi Abiciamus. Primo quod a sompno excitemur quia
dormientibus multa mala occurrunt
quia forti sampsoni septem capilli abrasi
sunt Sic nobis multe bone cogitationes
Noe fuit denudatus sic nos virtutibus
denudamur Virginibus ianua celi
clausa est Sic nobis ianua celorum
clauditur. Vigilandum ergo est. quia vigilare
consueverunt pastores ovium et custodes castrorum Vigilemus ergo tamquam
pastores [pastoris] ovium sicut ille qui propriis
nonaginta ix in deserto reliquit. Secundo Reg.
xii° pauper habebat unam ovem parvulam
que dormivit in sinu ipsius Secundo tamquam
custodes castrorum ut castra de quo dicitur
Psalmus v° Omnium custodia conserva et custoditor tuum Et Act. xiii° Sic stetit per familias quod hostes fur ve vi utique In
Luce Dives epulo tarde vigilavit

luce 12

duobus generibus hominum dormire periculosum est
scilicet pastoribus ovium et custodibus castrorum
Christus pius in mundo et tunc de celo descendit in
terram et reparavit genus humanum quod erat
amissum per peccatum.

aut — suos
Vin ibidem dicitur Elevans oculos suos cum
esset in tormentis Apok. Si non vigila-
veris veniam ad te tamquam fur et cetera
vie sue Quinimo ope tenendum est quod tempore
paritatis nocturno tempore vigilemus ...

[illegible]

...palemioro
...s dispignatur ...
... morte infit
... pena / pam +

inch cm IMAGO PHOTOGRAPHIC COLOUR AND MONOCHROME SEPARATION GUIDE BLUE CYAN GREEN YELLOW RED MAGENTA WHITE 3/COLOUR BLACK

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3726, Cod3726_Farbkeil – Breviarium (?)
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-q275/2740/31364)